



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**


**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Existentia scientiæ diuinæ euidens nobis demonstratiuè est.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

obiecti, ob quam, inquit, assentimur esse in Deo scientiam huius determinati obiecti. Duo mihi, cum debita tanti Magistri obsecratione, in eius solutione non assequor. Primum fide divina à nobis credi scientiam illam, ob quam movemur ad assentiendum existentie scientie Dei, ut ex fide huc assentiamur. Id enim, ut citata q. 5. cert. & num. vlt. ostendit, necessarium non est. Imo tandem assensus ille existentie scientie Dei ex fide, nequit ultimo resolvi in assensum scientie illius Dei, quæcumque illa sit, ob quam hinc veritati reuelatur assentimur, qui ex fide, seu fidei assensus sit, ut ibidem, in simili ostendimus. Secundo displicet, quod ob scientiam Dei vagam, seu vagi, & indeterminati obiecti, huc determinati obiecto reuelato, nimirum existentie scientie Dei assentiamur. Etenim reuelata veritati ob scientiam infallibilem Dei de illa assentimur, non autem ob scientiam infallibilem Dei de obiecto aliquo vago: quæ saluari dicitur ex infallibilitate circa aliquod vnum, licet fallibilis circa alia foret.

5. Adhuc autem scribentis discipuli errorem, & æquivocationem fuisse, non tanti Magistri: qui dicebat scientiam, quam fide in Deo credimus, esse indeterminati obiecti, cum vero, ob quam credimus tanquam motum esse scientiam determinatam huius determinati obiecti, nempe existentie scientie Dei, quæ reuelatur: idque optime fieri potest, cum scientia Dei sit supra seipsam identice reflexiva, quod diuina scientia ita esse proprium, ut create repugnet, ostendimus, d. 2. Nec refert omniscientiam esse datus locis reuelatam: ac proinde, & hanc determinatam suæ scientie scientiam reflexam. Est enim reuelata vniuersaliter, & coniunctim, quod satis est, ut assentiamur ob illam huc particulari scientie de scientia sua: quemadmodum ex præmissa vniuersali, in qua coniunctim omnium particularibus assentimur, deducimus assensum propositionis particularis, cum vi consequentie conclusioni assentimur. Scientie autem reflexæ de omniscientia Dei reuelata non assentimur eodem actu fidei, sed neque fidei actu, ne processum infinitum motuorum, & assensuum nostrorum deus: sed aliunde tandem quousque ad aliquam particularem scientiam, ex qua prima reuelatio fit facta, perueniamus, cuique vel naturali assensu, vel ex alio, quam fidei diuine motu assentiamur iuxta dicta citata contr. d. 2. q. 5.



QVÆSTIO II.

An diuina scientie existentia non fide solum certa, sed ratione etiam naturaliter sit euidenter nota.

NON querimus, an diuina scientie existentia sit per se, seu ex terminis nota. Si enim Deum esse, per se, & ex terminis notum non est, ut vidimus contr. d. 1. q. 1. quo pacto scientie diuine existentia, quæ Dei existentiam supponit, per se, & ex terminis nota erit? solum igitur est questio, an per discursum euidentem, seu demonstrationem nobis innoscat.

CERTAMEN I.

Existencia scientie diuina euidens nobis demonstratiue est.

1. **E**st omnium Theologorum, imo & ex Philosophia Principum conclusio, quam ostendunt demonstrationes de existentia scientie diuine subiiciendæ. Et primo quidem omnium gentium, & nationum consensus, quem diximus q. 1. cert. 1. moralem de existentia diuine scientie certitudinem, euidentiam, ac demonstrationem facit. Etenim si Romam esse certum, ac euidentem moralliter est, is etiam, qui nunquam Romam viderunt, quia

Christoph. de Ortega, De Deo Vno, Tomus I.

plures valde, licet non omnes, ita censent. Quare Dei scientiam adesse euidentem, ac certum moraliter non erit. Cum ita gentes, nationesque omnes, in quibus tot sapientes floruerunt omni tempore, ita censuerint. Reor autem ex hoc hominum consensu physicam, ac metaphysicam euidentiam concludi. Omnium quippe hominum de veritate aliqua communis, perpetuus, constanter consensus, eam, ut non per se notam, ad eo tamen principis primis naturalibus vicinam, proximamque coniungunt, ac demonstrant, ut nulla fere arte, sed solo naturalis rationis ductu facile pateat: quia adeo prope ad plenum (ut sic loquar) rationis lumen posita est, ut ni per se, & ex terminorum apprehensione cunctis pateat, aut solo primorum principiorum lumine ratio egeat, ut statim illi assentiatur. Quo argumento pro existentia Dei demonstranda plures, ut vidimus contr. d. 1. q. 2. ex sapientioribus sunt vsi.

2. Sed demonstratio hæc, quasi reflexa est. Iam directo scientiam Deo adesse demonstramus. Et à posteriori in primis. Deinde à priori. A posteriori quidem primo. Quia Deum esse totius mundi gubernatorem, & Principem demonstratum est citata qu. 2. imo inde Deum esse ibidem demonstrabamus: atqui nequit esse mundi gubernator, & Princeps, nisi omnium, quæ in mundo sunt, possintque esse, scientiam habeat, ut euidentem etiam esset ergo adesse Deo scientia. Secundo probatur: quia Deus totius mundi providentiam habet, ut demonstrabimus contr. 4. Providentia autem sine scientia esse non potest, ut patet. Tercio. Quia Deus est bonorum, malorumque creaturæ rationalis operum remunerator, ut ex demonstratione præcipua de immortalitate rationalis animi euidentem est: aut nemo potest præmio, aut pœna opera, quæ ignorat, compensare. Quarto: quia Deus agens liberum est creatorum omnium; ut demonstrabitur controu. de voluntate: nequit autem sine scientia faciendorum, & rationum, seu motuorum, ob quæ ea possit facere, vel secus, agens liberum ad ea peragenda, vel non agenda constitui: ut patet, demonstraturumque in physicis contr. de agente libero: ex qua quod satis huic demonstrationi est, delumetur contr. citata de volunt. ergo Deo adesse scientia.

3. Quinto probatur ex summa felicitate Dei, quæ perfecta esse nequit in bonis, nisi cognoscatur à possidente. Et quis enim felix, nedum summe felix, sit bonis, quæ inditione sua habet, dum ea ignorat? essent enim perpetuo dormientes, vel amentes bonis, quæ habent, aliis fortunæ felices. Sexto probatur ex summa Dei delectatione, quæ sine cognitione, & scientia, boni esse nunquam potest. In Deo autem summam delectationem esse debere probatur facile: quia ea perfectum quid, ac bonum est, quodque proinde summo optimo, ac perfectissimo enti (cuiusmodi Deus est) deesse nequeat. Assumptum probatur primo: quia delectatio propria est gradus cognoscitui, qui ceteris patibus non cognoscitui perfectior est, ut patet. Secundo probatur ex Arist. 10. metaph. & 1. ethicor. c. 13. ita scribente. *Nobiliorem enim modo se habet res existens delectabiliter, quam non delectabiliter. Cuius signum est, quod bestia, & homines eam prosequuntur. Unde omnes existimant solam vitam salicem delectabilem esse: & implicat delectationem esse cum infelicitate.* Denique tot à posteriori scientie Dei demonstrationes sunt, quorū sunt de actibus voluntatis diuine, qui eam necessario supponunt, demonstrationes. Ideo eis expendendis singulatim supersedeo: cum ita generatim eas indicasse sit satis.

CERTAMEN II.

A priori existentia scientie Dei demonstratur.

1. **P**rima diuina scientie à priori demonstratio sit. Quia Deus est summe perfectum ens tam physicè, quam metaphysicè: ut de se patere diximus supra: ac insuper demonstrauimus controu. 1. ac proinde, cui nullum prædicatum, cuius negatio melior ipsi non sit, deesse possit: atqui negatio scientie, & cognitio melior sui negatione

X

Deo